



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1844**

V. Graf Günther von Kefernberg und Schwarzberg, Redeko von Redern und Rudolph Rose beurkunden, daß sie einen Vertrag zwischen dem Markgrafen Woldemar und der Stadt über den Zoll daselbst gestiftet ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54407](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54407)

Dei gratia Brandenburg. et Lusatiae marchiones, tam praesentibus, quam futuris cupimus fore notum, quod honestis concubiis nostris et dilectis in Wusterhufen, in restaurum ipsorum debitorum, uidelicet pro octoginta Marcis argenti, uillam Klemmowe cum Stagno ibidem et Stagno in Buckwitz, nec non duos denarios in censu nostro, qui Wortins dicitur, in ciuitate Wusterhufen predicta, ipsis singulis annis in festo Sii. Martini confessoris persolueudos, cum omni iure, quo nos possedimus, dedimus et donauimus proprietatem, libere et licite proprietatis titulo et articulo uniuersa bona superius, tranquille perpetuis temporibus possidenda, abrenunciantes omni iuri, quod nobis aut nostris heredibus futuris temporibus cedere potest bonis ab eisdem. Ne alicui dubium imposterum possit suboriri, presentem dedimus paginam nostrorum sigillorum munimine roboratam. Testes huius facti sunt nostri milites Nicolaus de Bueh, Conradus de Redern et alii quam plures fide digni. Datum Werbelin, anno Domini millesimo trecentesimo octauo, in crastino sancti Michaelis.

Nach Ludewig Reliq. Manusc. IX, 512. Gercken's fragm. March. I, 49. Buchholz a. a. O. 167. Dieterich a. a. O. 40.

V. Graf Günther von Kefernberg und Schwarzberg, Redeko von Redern und Rudolph Rose beurkunden, daß sie einen Vertrag zwischen dem Markgrafen Woldemar und der Stadt über den Zoll daselbst gestiftet haben, im Jahre 1323.

Nos Guntherus, Dei gratia comes de Kewerenberg et Schwarzenberg, nec non Redeko de Rhedern, Rodulphus Rose, milites, recognoscimus et uniuersis, ad quorum noticiam presens scriptum peruenerit, denudamus, quod uouimus et placitauimus inter dominum Woldemarum marchionem pie recordationis et eius de Wosterhufen sub hac forma, quod idem dominus noster marchio Woldemarus pro uniuersis debitis dictorum ciuium telonium eidem ciuitati adiacens contulit libere ab exactione, impetitione et qualibet occasione semota, sicut ipse habuit, perhenniter possidendum sub iusto titulo pheodali. Datum Bötzowe, dominica Exurge, anno domini MCCCXXIII.

Nach Ludewig Reliq. manuscript. IX, 524. Gercken's fragm. march. I, 64. Dat. Bützou.

VI. Die Grafen von Lindow legen der Stadt Wusterhausen die Hohen- und Nieder-Gerichte bei, im Jahre 1325.

Nos Guntherus, Olricus et Adolphus, Dei gratia Comites de Lindowe, uniuersis praesentia uisuris cupimus fore notum, quod de maturo et sano consilio nostrorum (consiliariorum) Consulibus et ciuitati nostrae Wusterhufen contulimus praefecturam et jurisdictionem ejus in qualibet sententia juris, tam in superiori quam basso, quod respicit (ad) praefecturam cum obventionibus excessuum et uadiationum, ita sane, quod decetero, media pars nobis, et media pars ipsis debeat deuari: et hoc fecimus ob munus talentorum sedecim, et affectum, quem ad dictam ciuitatem habemus, quod perpetuis temporibus obtinebunt pacifice possidentes: praesicient etiam officio praedictae jurisdictionis personam, quamcunque decreuerint, et quam eis et officio uiderint expeditam, quod eorum permittimus auctoritati et liberae potestati. Testes hujus collationis sunt Arnoldus de Ykendorp, Bethmannus de Wildberch,